

95  
carne separationem atq. discessum pre  
sentiam esse ad xpm: tota credulitate  
confidens. *Quod anima similitudine  
corporis habeat. & in eadem corpo  
rali similitudine requiem sentiat.  
perferatq. tormenta. xvi.*

**D**e anima humana quod corporis simi  
litudinem habeat: ista est doctoris egre  
gii sententia augustini. *¶* At enim  
profiteri animam habere posse simili  
tudinem corporis: & corpora huius om  
nino membrorum quisq. negat: potest  
negare animam esse. quae in somnis uidetur  
ambulare. siue sedere. uel huc atq. il  
luc gressu: aut etiam uolatu ferri:  
quod sine quadam similitudine corpo  
ris non fit. *¶* Proinde si hanc similitudi  
nem etiam apud inferos egerit: Non cor